

coopertura (8) superiori, et excepto glaua quam debent dimittere (9) naues que ueniunt de Romania.

St. Tiep. A, 24.

(8) cooperta — (9) que debet dimitti per

|| LXVII. *Qualiter licitum est patronis recipere de A. 217 rebus nauium et aliorum lignorum quibus aqua fuerit molata, uel que periculata fuerint* (1).

Dicimus quod postquam nauis de portu exierit (2), et contingerit ut cum alia naue cui molata fuerit aqua, uel que periculata fuerit, se iunxerit, eam in aliquo portu uel extra portum inueniendo (3), liceat patrono eiusdem nauis, et illis qui fuerint in ipsa naue, de rebus ipsius nauis ad suam recipere uoluntatem (4) cum consensu et uoluntate (5) maioris partis merchatorum et marinariorum, ponendo eas ubi melius eis (6) placuerit. Si uero (7) propter hoc patronus plus caricauerit, penam aliquam non incurrat. Patronus uero (8) qui contra hunc ordinem fecerit, totum naulum || quod receperit (9) de rebus illis A. 217* nostro comuni debeat emendare. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno de ducentis milliariis (10) et inde supra.

St. Tiep. A, 25. — Tarr. 37.

Var. in Q: (1) LXXVIII. *De adiutorio in nauí dando in necessitate.* — (2) exiuerit — (3) cui f. a. m. uel f. p. se iunserit, ipsam inuenerit in aliquo portu — (4) uoluntate r. — (5) uoluntate — (6) melius uobis — (7) autem — (8) u. *omesso.* — (9) recipient — (10) omni ligno de milliariis CC

LXVIII. *Qualiter naues et alia ligna cum exiuerint de aliquo portu naulum accipere possunt* (1).

Ordinamus quod nauis que exierit de aliquo portu (2) de aliqua parte, et applicuerit (3) in aliquo loco in quò poterit habere naulum (4), non debeat recipere ali-

Var. in Q: (1) LXXIX. *De naulo non recipiendo.* — (2) de a. p. exiuerit — (3) intrauerit — (4) n. h. p. —